II De instantia orationis.

XIII Quod in ecclesia Christi non sit otiosis turpibusque fabulis[f] vacandum[g] et quod, qui haec faciunt, non solum sibi peccata non[h] minuant, sed etiam maiora accumulent[i].

XIIII Quod et[k] in aliis conpetentibus locis, si locus basilicę procul fuerit, oratio ad deum et confessio peccatorum fieri possit et debeat.

XV Quod confessio peccatorum excepta ea[l], quae[m] sacerdotibus ad consilium accipiendum[n] deumque placandum fit[o], deo[p] in oratione sit facienda.

XVI De[q] eo[q], quod maiora peccata sacerdoti, quotidiana[r] vero et levia alterutrum sint manifestanda.

XVII De cogitationibus inmundis cavendis et quot[s] modis peccatum in corde et quot[t] perpetretur[u] in opere.

XVIII Quod quorundam peccatorum alienorum conscii, nisi ea emendationis et salutis causa prodiderint[v], delinquant.

XVIIII Quod gravius[w] puniantur, qui fidem Christi perceperunt et in malis vitam finierunt, quam illi, qui sine fide mortui sunt et tamen bona[x] opera egerunt[y].

XX Quod multi professionem christianam verbis[z] teneant, sed operibus[a] neglegant.

Expliciunt[b] capitula libri[c] primi[d].

⟨II.⟩

Incipiunt capitula libri secundi.

I Quod coniugium a deo sit constitutum et non sit appetendum causa[e] luxoriae[f], sed liberorum[g] procreatione et[h] quod bonorum coniugatorum vita per Iob sit significata[i].

II Ut qui uxores ducere voluerint, sicut eas castas et incorruptas cupiunt invenire, sic ad eas casti et incorrupti studeant accedere[k].

III Quod coniugatis carnali copulae indifferenter[l] servire non[m] conveniat.

IIII De conservanda fide inter virum et uxorem, et quod non liceat coniugatis[n] neque pelicem neque[o] concubinam[p] habere[q].

V Quod viri in castitate uxores suas diligere eisque utpote[r] vasi[s] infirmiori[t] honorem debeant inpendere.

---

f) fapulis P_1. g) *korr. aus* vocandum *L*. h) *erg. nur in* P_4. i) *korr. aus* acumulent *L*; accubulent P_1. k) *fehlt* V_1. l)-m) *korr. aus* aquę P_2. n) ad concipiendum V_2. o) sit P_2. p) frequenter *erg.* *β*. q) *fehlt* P_2. r) cottidiana *F*; cotidiana $P_2P_3P_4V_1V_2$. s) *korr. aus* quod *L*; *korr. aus* quo P_2. t) quod P_2. u) perpetratur P_2; petretur V_2. v) perdiderint P_2; *korr. aus* proderint V_1. w) gravis V_2. x) *korr. aus* bono V_2. y) *fehlt* P_2. z) tantum *erg.* *β*. a) egerunt *erg.* P_2. b)–d) *fehlt* P_2. c)–d) *fehlt* FV_1. e) causę P_2. f) luxurię *β*. g) filiorum *β*. h)–i) *erg.* *β*. k) accede P_2. l) indeferenter P_1; indifferentes P_2. m) *fehlt* P_2. n)–o) *erg.* *β*. p) concubam LP_1V_1; *korr. aus* concubam P_3. q) *korr. aus* haberet P_2. r) ut potem P_2. s) vasa P_2; vasis P_4. t) *korr. aus* infirmiore V_1; infirmioribus P_4V_2.